UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Theodora V. S. Vitalis & Valeria M. S. Paphnutius M. 28. Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Theodora V.S.Vitalis & Valeria M. S.Paphnutius M. 28. Apr.

Verecundia.

Eſt verecundia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas eſt tutior. Ambroſ.

Indulgentiam nobis, quæſumus Dne B. Theodora V & M (S. Vitalis & Valeria: S. Paphnutius M.) imploret; quia glorificas in cælis, qui te glorificarunt in terris, Redemptor mundi, qui viuis & regnas in ſæcula &c.

Ora pro augmento caſtitatis, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1 S. Theodora V. Alexandrina Idolis ſacrificare contemnens, cum eſſet in lupanar traducta, repente Chriſtianus militari habitu ferox Didymus eam ſibi depoſcit, permittiturque Ille vero cum ea commutato habitu illam militari ſpecie liberam, ſe pro virgine pauidâ obnoxium fecit Magiſtratui. Qui cum comperto dolo ſanctiſſimo Didymum ad ſupplicia vocaret. Illa ſe Didymo paſſuro ſubſtituere parata nouas cælo fecit delicias ſancti amoris, queis ſimiles nullas gentilitas vlla invenit.

SS Vitalis & Valeria coniuges SS. MM. Geruaſij & Protaſij progenitores, ſanctitatis conſortes, præmij cæleſtis nequaquam fuere exortes. Ille S. Vrſicini reliquias pie veneratus in profunda fouea eſt obrutus, illa gladijs gentilium obtinuit brauium.

S Paphnutius M in partes diſſectus eſt.